

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Venerabilis Patris Thomæ à Jesu ... Opera Omnia**

Homini Religioso Et Apostolico Tam Qvo Ad Vitæ Activæ, Qvam  
Contemplativæ functiones utilissima, Duobus Tomis Comprehensa. In  
Qvibvs Singvlari Pietate, Varia Ervditione Clariori Et Breviori Stylo  
Continentvr Et Explicantvr ...

**Tomás <de Jesus>**

**Coloniæ Agrippinæ, 1684**

Capvt XV. De tribus similibus, & quanta sit diviniopificij supra humanum  
excellentia.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38621**

Cum autem commoda congruis superadditis cumulantur, abundantia divinae bonitatis ejus demonstratur. Sed dum postremo congruis etiam grata & jucunda adicit, quid aliud quam superabundantes divitias bonitatis sue notas facit?

## CAPUT XV.

*De tribus similibus, & quantitate divini opificij supra humanum excellentia.*

**H**EC de utilitate Scripturarum breviter dicta sufficiant: sed liber adhuc ad eumulum divinæ laudis paulisper attendere, quam mirè tria hæc simul in opere suo conservaverit DEUS. Quid quanta admiratione dignum sit, sic facilis fortasse cognoscemus, si prius hæc, qualiter in opero humano simul esse non possint, consideremus. Ceterè homo cum multa facere desiderat, magna facere non potest: quia tanto minus prævalet in singulis, quanto plura sunt per quæ intentionis sue conatus dividit. Rursum cum ad magnitudinem innitur, à multitudine retardatur: quia multis præstare non sufficit vires, quas ad unius effectum specialiter effundit. Simili modo minor diligentia decori operis impeditur, quoniam ad multis utinam solam faveat ad magnitudinem persicentiam animus occupatur. Videmus quod scriba eas figuræ, quæ exiles sunt, promptius format, in magnis figurandis propensius desudas & calamus quanto velocius trahitur, tanto deformiores sunt litteræ quæ exprimuntur. Nam & in formandis vestibus, iij qui nimis pulchritudinem diligunt, sepe utilitatem perdunt; & qui utilitatem conservare cupiunt, pulchritudinem habere non possunt.

**In divinis operibus nec magnitudo multitudine strigit,** neq; simol vel multitudine vel magnitudo pulchritudini officit, neque pulchritudo utilitatem tollit: sed sic facta sunt omnia, quasi facta sint singula, ut cum universa aspexeris, singula mutaris. Hæc de visibilibus dicta, alii cui fortassis quantum ad compendium tractandi pertinuit, plurima videbuntur; sed attendere debet, quid tam operosa materia non facile paucis verbis explicatur. Nam cum dicat Apostolus, quod per ea quæ sunt impedita in mundo, manifestantur ea, que invisibilia sunt in DEO, necesse est, ut quicquid per invisibilia ad agnitionem invisibilium venirent desiderat, prius ipsa visibilia agnoscat.

Propter quod & ego, cum hæc pro posse meo investigare proponerem, tribus invisibilibus in exordio enumeratis, & tribus itidem visibilibus contra hæc dispositis, ratus sum hunc esse competentissimum ordinem narrandi, ut prius ipsum visibilium aliquam notitiam in medium afferem, ac sic deinde quasi referato contemplationis aditu, per investigationem invisibilium procederem. Postquam vero illæ quæ de visibilibus dicenda erant, finem fecimus; nunc quomodo, vel quo ordine per hæc ad invisibilia ascendantur, considerare debemus.

## CAPUT XVI.

*Quod inter tria invisibilia DEI sapientia sit prima investiganda.*

**T**RIA diximus invisibilia, potentiam, sapientiam, benignitatem. Quærendum est ergo,

quod horum ceteris prius contemplantibus in agnitione occurrat. Et credo quod illud invisibile prius in contemplatione comprehenditur, quod in suo visibili simulacro expressius & manifestius declaratur. Simulacra autem invisibilium ipsa visibilia dicuntur: ut pote invisibilis potest simulacrum est, creaturarum indumenta; invisibilis sapientia simulacrum est, creaturatum decor; in visibili benignitatis simulacrum est, creaturatum utilitas. Omnis autem creatura, quando Omnis vicinius similitudini Creatoris appropriata, crevit, tanto evidenter Creatorem suum declarat. Illud quoniam ergo visibile simulacrum, invisibile exemplarum prius ostendere debet, quod divina similitudine est imaginem perfectius in re restringit. Imbolas manifestans autem creaturarum magis ad elementa, to nedenor vero creaturarum magis pertinet ad formam. Essentia vero ab alijs forma confusa, tamen informis aequaliter. Quid autem in eo inquit, in hoc modo quidem quod est, DEO simile est; sed in hoc ita, quod forma careat, a DEO distideat. Quid ergo formarum est, magis DEO simile est, quam id quod formam non habet.

Vnde constat, quod plus evidens simulacrum est decor creaturarum, quod ad solam spectat essentiam. Item decor creaturarum propriæ formæ naturalem pertinet ad habitum, utilitatem ad actum; quia in hoc creaturae uincuntur, quod subiectæ homini serviantur, & obsequium reddantur. Quid ad habitum pertinet, magis proprium est & magis certum, quamvis quod pertinet ad actionem: quia habitus natura induit, actionem vero insit, & oportet. Similacrum ergo decoris imitacionem partieret, ut in uite in cognitione praeditum est, & proprieatem in cognitione prius est, quia in manifestatione est evidens.

In hoc igitur simulacru primam veligiam contemplationis ponere debemus, ut in plenum inquisitionis ingressum recte renemus, ipso quæna quædam doce pede inoffenso ad reliqua procedamus. Pulchritudo autem in inquietudine sapientie ab ipso sapientie simulacru inquietudine exordium sumitur: quia per Sapientiam tuam Pater manifestatur, non solum quando, quoniam per Sapientiam tuam mundum crevit, sapientia decorum creaturarum, quem simulacrum sapientie in hoc est, quartus complectitur, sicut, motum, speciem, qualitatem. Sed in his quatuor motum excellentiorem locum habere, dubium non est; quia viciniora vita sunt mobilia, quam ea quæ moveri non possunt. Motus autem quadruplicatus est, localis, naturalis, animalis, rationalis. Sed motus naturalis localis motus superat, quia in naturali motu non solum imago vita exprimitur, sed ipsa quodammodo vita inchoatur. Rursum animalis motus rationum naturali præcellit, quantum in sensibili id quod sentit. Postremo rationalis concitatio superponitur, quia in eo non solum lentes ad animalium, sed ratio quoque ad intelligentium moverit. Hoc simulacrum nullum in creaturis esse potest evidenter, quia invisibilis sapientiam ostendit concitum manifestius id quod sapit.

CAPUT